

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 39. Allatis Sanctorum monitis omnino consentanea sunt Regulæ
viginti novem, circa S. Communionem tradita ab Illustrissimo, pariterque
sapientissimo D. Guidone de Seve, Episcopo Atrebateni, in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

141

sit cibo minus est digna. Itaque monitum te velim, ne cuius promiscue sacratissimi panis edendi potest statim facias; sed si illam sapienter largiri velis, minime quique animam diligenter explores. Nolim ulli sapientia quam octavo quoque die porrigit, quemadmodum iudicet Augustinus, nisi foris quis tanto alimento prater alias egeat, aut tantâ illius appetentiâ & fane teneatur, ut tante cupiditate res tantoperè concupita vix sine iniuria denegari posse videatur. Reliquo decimo-quinto quoque die, vel mense, cibo illi pacendi, monendique, ut si hoc convivio delectantur, aliquo pretio ac symbolo sibi redimendum meminerint, adducendi ad corrigitenda vita studium; accuratius denique docendi, si languori & defidia se dedant, minimè committendam, ut panem atredcent, iis solis divinitus comparatum, qui in cupiditatibus expagnandi, domandoque animo, acriter & studiose laborent. Ad utrumque enim panem referendum illud Apostoli: qui non vnde operari, non manducet, ne scilicet gratis panem comedit. Cuinam verò, sine labore, ac dimicione, pane hoc sanctissimo ansitam pascere concessum est?

488 *Cardinalis Cajetanus 3. p. q. 80. a. 10. Circa quotidianam celebrationem nota Augustini (dicere debuit Ambroxi) verbum: sic vivit; ut quotidie merearis accipere. Quoniam per sic vivere, intelligendum est, spiritualem vitam sic vivere, ut quondam Communione semper angescatur. Alioquin non sic vivitur, ut quotidie mereamur accipere. Nam qui quotidie mereatur accipere, debet quotidie sic esse dispositus, ut fractum Eucharistie (tam frequentis) percipiat. Fractus autem spiritualis hujus cibâ non est solus actualis refectio; sed augmentum gracie. Quoniam per totum tempus praesentis vita sumus in statu augmenti. Propter quod crebro vel quotidianis celebrantes discuntur in scipis fractum præteritis celebrationis, & secundum prospectum vel defectum, prosequantur, vel à prosecutione deficiunt. Qui verò multis celebratis peractis ad ultus virtutum non melius se habet quam ante, parum aut nihil proficit.*

489 *Ludovicus Granatenensis conc. 2. in festo corporis Christi: postquam fideles ad frequentiorem hujus Sacramenti uolum cum magna animi puritate & aviditate practicandum adhortatus est: Cùm enim (inquit) ex Catholica fidei doctrina certè sciamus, innumerous esse huius divini Sacramenti effectus, atque virtutes, quibus animalium salus constituitur: nō ille esse constat, quod magis ad hanc saecularem remendam & conservandam expediat, quam ad illud puro & religioso corde frequenter accedere. Verè enim ut corpora cibo, ita mentes nostræ hâc cœlesti aimatione vivunt; nec modo vivunt, sed omnino etiam virtutum & gratiarum opibus in dies augentur & cumulantur. Addit tamen: Fratres, nemo credit, me ita ad frequentiorem hujus Sacramenti sumptum adhibetur, ut non etiam illas perrefracientem portem, qui ad illud minus prius & religiosus accedunt, five illi Sacerdotes sint, five non sint. Video enim esse nonsulli, qui partim ex præcripta legum suarum necessitate, partim ex sola conuentu... ad illud frequenter accedunt. Ut quidam ergo excitandi sunt, ne inmodico timore correpti ab hac sacra mensa recedant; ita aliis perrefracientem, ne indigneantur.*

Et conc. 1. Non ita fideles ad frequentiorem hujus Sacramenti usum adhibentur, ut non etiam illos officios sui adhucemans, hoc est quâ cordis & corporis puritate ad illud accedere debant. Meminisse enim oportet scriptum esse: "domum tuam decet sanctificare." Et: "iustitia & judicium preparatio sedis tuae." His itaque iustitiae opibus domus ac sedes Dei ornanda est, & omnes ab ea visitiorum seruas eludente, quo digram illi habitaculum prebeat.

Et conc. 4. Quotidianam hujus Sacramenti per-

ceptionem... cum D. Augustino nec laudare (quia non recte fieri potest) nec vituperare (quia etiam recte fieri potest) debemus.... Hujus namque rei definitio prudentis Sacerdotis iudicio relinquenda est. Is enim quid cuique pro ratione faciat, & conditionis, & virtutis sue profectu expediat, discreto prudenter debet. Aliis enim rarius, aliis frequentius sacra Communio concedenda est. Neque enim quia tantum sui convenienti atque sumendi copiam Dominum fidelibus concessit, idem minùs reverenter ad illam accedere debet: quandoquidem ipse Dominus, qui in lege olim tantam à filiis Israël Sanctuario, atque Arce reverentiam exhibebat, præcepit, nos in illis monebat, nos erudithebat, ut intelligeremus quid animi summisso atque devotione ad illud accedere.... debemus, qui tantum soli umbre atque figura reverentiam tribui volet.

CAPUT XXXIX.

Allatis Sanctorum monitis omnino consentanea sunt Regula virginis novem, circa S. Communionem tradita ab Illusterrimo, pariterque sapientissimo D. Guidone de Seve, Episcopo Arebasensi, in suo Decreto de die 5. Augusti 1695.

Cum quidam Concionator anno 1694 & 1695. 490 laxius quam par est de frequenti Communione in Diocesi A rebusi concionatus fuisset, nec ad palinodiam induci potuisset, Episcopus illi pastorali zelo vigilante que celebratissimus propositiones ipsius nimis laxas periculosaſque iudicans, ne fidelibus forent in scandulum, sequentes illis opposuit regulas, quibus se conformarent Concionatores Confessariique istius Dioceſeos. Eas utpote sapientissimas utilissimasque viuum est hic inferre, in confirmationem eorum, quæ diximus cap. 36. & 37.

REGULA I.

Nimis exhortari non possumus Christianos, ut frequenter ad Communionem accedant; modò una eos exhortemur, ut non accedant nisi cum dispositionibus sanctis, quas ab its populari Ecclesia, queaque legantur in SS. Patribus, & tam accurate notantur à S. Francisco Salesio.

I I.

Ut licet communicare frequenter, haud sufficit non esse in statu peccati mortalis, & Confessionem bonam fecisse: alioquin aliis dispositionibus opus non foret ad communicandum frequenter, quam ad communicandum raro.

I I I.

Sunt Christiani, qui è virtutis emergunt, & virtutem exercere incipiunt. Sunt alii, qui provocatores sunt. Sunt perfecti. Juxta diversos hos status, aut rario, aut frequenter debet esse Communio.

I V.

Eucharistia panis comparatur. Qui in ardore fribus sunt, panem non manducant. Qui à morbo convalescant, sumunt modicum. Qui valetudine sunt integrâ, ut cibo ordinario eo utiuntur.

V.

S. Francisci Salesii sententia est, ad communicaendum octavo quoque die, requiri ut quis neque peccatum habeat mortale, neque affectum ad ultimam veniale; atque infuper ut magnum habeat communicandi desiderium. Et ista praxis esse debet sapientum Directorum, probè intelligentium ministerium suum.

V I.

Bonus Director frequenter Communionem 491 permittere non debet iis personis, quæ meliorem

S 3

dici partem transfigere solent in se ornando, visi-
tando, ambulando, se recreando, verbo quarum
vita secularis est, & mundana tota, quarum etiam
devotio tota consistit in exterioribus (que sibi
prescriperunt) exercitiis ex consuetudine obcen-
dis, vel obfidendis assidue Directoriis, quos
colloquii suis inutilibus fatigant, & à melioribus
avocant.

V I I.

Nihilo magis eam permittere debet addictis
sui, luxu, vaniloquio, qui non modicam vita-
partem in otio constuentes, pro suaque faculta-
te cœlomofynas non erogantes, tam vacui sunt
spiritu Dei, quam pleni spiritu mundi, tametsi
eos (quod satis difficile est) non judicaret esse in
statu peccati mortali.

V I I I.

Est quoddam Christianorum genus, qui com-
parati alii, in eminentiori perfectionis & sancti-
tatis gradu constitutis, vocari posunt imperfecti.
Virtutem amore, vitium odio profecuntur, ad
perfectionem aspirant, mortalia peccata, perhor-
resent, opera bona multa faciunt; sed labuntur
frequenter in venialia, etiam crassifacula, non ex
affectu illis inharente, sed ex consuetudine quam
contrarerunt, vel ex violenta quadam naturalique
ad ea propensione, contra quam non satis fortius
descertant, & cui proinde non raro succum-
bunt. Tales consilio indigent boni Directoriis, cir-
ca Communione usum magis minùs frequen-
tem. Ipsis Communione usum magni pierūmque est ad
miniculi, nonnunquam etiam magnæ necessitatibus.

I X.

⁴⁹³ Christianum est, indignum se credere Commu-
nione. Sed, absque aliis dispositionibus, nemo
propercè Communione dignus. Alioquin si qui
olim posteaquam fæse juxta Apostoli præceptum
probaverant, justo iudicio contra se prolati, ab
ea se separabant, poenitentiam peccati suis pro-
meritam amplexi, ex hoc evasissent digni. Ipsos
proinde Ecclesia per tot annos (prout aliquando
siebat) ab ea segregare non debuit. Sapientis
ergo prudentisque Confessarii est discernere, num
illud iudicium, quo seipso Communione indi-
gnos arbitrantur, ex reverentia & humilitate sen-
tu proveniat, an ex malo conscientia sua statu.

X.

⁴⁹⁴ Christiani, qui primis Ecclesiæ sæculis in gra-
via labebantur peccata, aliquando annis decem,
aliquando virginis à Communione removebantur.
Tamen ultum itum Ecclesia modò non habeat,
nec Confessarios ad eum servandum adstringat;
non ideo spiritui ipsius adversum est, quod ali-
quando per quadragestimam, aut etiam amplius,
nonnulli Confessarii ipsos à Communione sepa-
tent, dum ad eam satis non videntur dispositi,
quique olim ad septem, decem, quindecim & vi-
ginis annos ab ea, pro iisdem (quorum rei sunt)
criminibus, fuissent absenti.

X I.

⁴⁹⁵ Intellectu difficulter est, quod continuus Com-
munionum relapsuumque in mortale circuitus,
absque sacrilega Sacramentorum Poenitentiae &
Eucharistiae profanatione fieri possit. Jubebunturne,
qui eismodi sunt, frequenter communicare? Po-
testne salubris illis consilium dari, quam ut ad
tempus à Communione fæse abstineant, quo ad
eam digni, quam ante, recipiendam se dispo-
niant, talutique suæ arque conscientiae melius con-
fulant?

X I I.

⁴⁹⁶ Eximum adversus tentationes antidotum est
Eucharistia Sacramentum. Panis fortium dicitur,
quia fortitudinem ad eas repellendas & superan-
das confert. In frequenter tamen accedentibus,
fortitudinem aliquam esse supponit. Ad illud er-

go, qui tentationes viriliter oppugnant, ab eo vi-
res recepturi frequenter accedant; sed qui funesta
confuetudine illis solent infeliciter succumbere, pro-
bent seipso antequam veniant; illi præterim qui
impudicitia succumbunt. Istud quippe vitium præ
ceteris huic Sacramento oppositum est.

X I I I.

Non ergo tales sapiens Director ad frequenter ⁴⁹⁷
Communionem invitabit, sed eos qui viriliter
stant, dæmonique, ne in cor intrer, animosè ob-
sistunt. Iltis necessarius est panis cœlestis, ut robo-
rentur. Aliis necesse est prius ad poenitentiam re-
medium confugere, quam panem illum sumere.
Quia prius curandi sunt, quam alendi. Sua ita-
que peccata amarè stant, præsumant gultent do-
num cœlestis; sordeisque suas tempore notabili-
eluant, antequam Spousum amplectantur.

X I V.

Scripturam sacram allegare, ad fulciendam ⁴⁹⁸
proximam, ei quam proximè descripsimus adversam,
Scripturā sacra abitu est. Patribus autem, & San-
ctis qui post ipsos hac super scripserunt, impo-
nunt, qui eos istius præceos approbatores faciunt.

X V.

Nec bonus Director dicendum est, qui Com- ⁴⁹⁹
munionem frequenter injungit; nec malus, qui
rariorem. Sed hac in re, ut & in quavis alia,
bonum malumve Directorem facit praxis Eccle-
siæ legibus conformis, vel disiformis.

X VI.

Hac ratione non boni, sed mali Directores sunt,
qui eos quos dirigunt a frequenti Communione,
absque causa, removent; & qui eos imprudenter
ab ea separatos volunt, absque discussione disposi-
tionum, & profectus corum in virtute. Mali
quoque Directores, qui Communione omnibus
absque discrimini permitunt, ferio non aitatem
ipsorum dispositionis, nec vite sanctitate, nec bo-
no malove ufo quem inde faciuri sunt.

X VII.

Eadem ratione pro Sapientibus & prudentibus ⁵⁰⁰
Directoriis habentur fūti, qui juxta Ecclesiæ regu-
las, Patrumque & Sanctorum oracula, certi
de frequenti Communione fructu atque utilitate,
& sancto ufo, deque ardenti desiderio, quo D.
N. Jesus Christus se nobis in hoc Sacramento uni-
re desiderat, nihil prætermittunt, quo fidèles, sua
directioni commissos, frequenti Communione
dignos efficiant; dumque gratia divine auxilio
eas sanctitatis ac virtutis dispositiones acquirent,
que ad fructuosam Communione frequentiam
necessarie sunt, frequentem Communione non
solum ipsi permitunt, sed etiam suadent, ad cam-
que fortiter hortantur.

X VIII.

Nec minus co nomine censendi sunt, qui in-
dignos ab ea removent, & in ordine ad permit-
tendam, consulendamve Communione magis
vel minus frequenter, attendunt ad majorcm
vel minorem virtutem corum quos dirigunt,
suarumq; ei proximè conformant.

X IX.

Expedire, quod peccatores, mortaliū con- ⁵⁰¹
suetudine, vel frequenti relapsu, vel occasionibus
implicati, dum bonam Communione Pafchalem
facere desiderant, ab ipso Quadragestina initio
ad Poenitentiam Sacramentum accedent, ac-
cepturi à prudenti Confessario salutaria, congrua-
que consilia ad emendationem vite, ad profectum
in virtute, comparationemque dispositionum ad
bonam sanctamque Communione requistarum.

X X.

Primævorum Christianorum quotidiana erat ⁵⁰²
Communio; quia longè major sanctitas quam
nostra. Si quis hoc sæculo iuncte illis pares
Director judicet, idem ipsis beneficium indulget.

AII

De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

143

Ast quia hoc tam, idēc faciliē non præsumendum. Moniales sanctissimæ, & maximē reformatae, absque speciali licentia, nonnisi bis, tervè ad summum in hebdomada communicant. Et magnus illi Sanctus, Bonaventura, in animarum directione, viisque Dominitam excellenter versatus, raros existimabat esse Laicos tam sanctos, quibus id licet.

X X I.

503 Est gemitu dignum, esse Christianos tam paucos, qui ad frequentem Communionem dispositi sunt. Nec minus deplorandum, quod homines imperfectissimi ad sacram mensam frequentissime accedunt. Malè faciunt priores, quod ad eam se per vitam sanctiore non disponant; laudandi tamen, quod, dum ejusmodi sunt, nonnisi raro ad eam accedunt. Posteriores nulla ratione excusabiles sunt.

X X I I.

Sunt qui octavo quoquo die communicant, qui nec quater in anno communicare digni sunt. An non bonum foret illis consilium, ut rarius communicarent, donec meius dispositi forent?

X X I I I.

504 Jure metuendum, ne demon à frequentioris Communionis usu deterret animas quafdam ad eam optimè dispositos, sed nimis timidas. An minùs metuendum, ne ad eam plurimas inducat pessime dispositi?

X X I V.

505 Non omnes, quovis in statu, communicare debent frequenter; sed omnes fatigere, ut in certe statu, & tam sancta dispositione constituantur, quid id licet. Itaque qui non communicant, nisi quater in anno, fatigant se vivere, ut octiduis singulis: qui octiduis singulis, ad primorum Christianorum sanctitatem asturgant, ut quemadmodum illi, ad sacram mensam quondam accedant.

X X V.

Major Jesu Christo honor nunquam defertur, quam frequenter communicando, modò adhuc sanctitas ad id ab ipso & ab Ecclesia requisita. Ita dumtaxat sensu proprie illa est vera, omni alio falsa.

X X V I.

506 Charitas, sanctitatis origo, regula est Communionum. Vitane tua sanctior est, purior, magis interna, magis à seculo aliena, quam ante fuit. Ad sacram mensam frequenter accede. At si vita tua magis laxa sit, & dissipata, sciri & attente mente perpende, an non confutò rarius, quam frequenter accederes, ut te inclusu disponeres. Non ergo fallere te ipsum, sed ut securius de te, tuoque seras iudicium, sapientis Directoris exquirere consilium.

X X V I I.

At ubi Directorem illum sapientem invenies? Rarum illum tempore iuo dicebat S. Franciscus Salesius, & adeo rarum, ut unus ex decem milibus eligendus ioret. Minus rarus nostro hoc tempore? Inveniuntur tamen, nec difficulter cognoscuntur, dummodo de illi juxta Evangelicas Apostolicasque Regulas dicerentis iudicium feratur.

X X V I I I.

507 Amor (inquit sanctus hujusce seculi Episcopus) rioris frequentioris Communionis mensura est. Major vel minor charitas illius usum abundantiamque plus vel minus utilem facit. Laudanus Zacharias, laudamus Mattheus, qui Dominum in domos suas confidenter suscipiunt. Laudamus Centurius, laudamus S. Petrus, qui cum humiliter deprecantur, ut se recedat.

X X I X.

Non minoris estimat Augustinus eos, qui ex reverentia & humilitate aliquando abstinent à Com-

munione, quam qui ex sancte devotionis, seu fiducie & amoris affectu ad eam accedunt. Utique hæc sententia optima est, utraque sanctissima. Si tamen fas esset decidere, quod sibi decidendum Sanctus ille non censuit; posterior priori prefetenda videretur.

Ita sunt Regulae laudissimi illius totoque Oratio celeberrimi Episcopi, Sanctorum monitis & instructionibus capite praecedenti exhibitis planè conformes, nec divinissimi hujus Sacramenti dignitati, fructuofæque receptioni parum confulentes. Facile (cas legendi) colligere est, fideles per eas non deterri à frequenti Communione, sed moneri de procuranda ad eam dispositione, quam Ecclesia, quam etiam tam divini Sacramenti sanctitas, à Christianis postulat. Utinam ad eam omnes taliter dispositi essent. Sed, ut idem Episcopus piè deplorat, unum è gravissimis Ecclesiæ malis est exigua ardor, quo Christianorum pars magna ad Sacraenta accedit. O quam longè distamus à felicibus illis seculis, in quibus primorum Christianorum sanctitas ipsos Communione quotidiana dignos reddebat! Hoc potenti subfusio superabant ipsi, nosque cum ipsis facile superaremus tentationes vehementissimas, & vanas seculi delicias. Et quare superabant? Quia ad sacram mensam accedebant fide vivâ & generosâ, semper prompti Deo vitam stiam, tuaque omnia in sacrificium immolare. Aversi omnino à mundo, spem omnem suam collocabant in Deo, totique à mundo alieni, pro vita & morum suorum regula solum habebant Evangelium, centies mori parari, potius quam feedari moribus hominum mundanorum. Sic ergo in charitate radicati, & fundati ad divinum hoc convivium accedebant flagrantem amorem Dei, ab eoque recesserant ut leones flammarum spirantes, dæmonibus terribiles effecti, & quibusdam velut auricis armis adversus fidem, Ipsi & charitatibus suis hostes septi undequaque, ac communiti, tanique mysterii virtute terram in cælum converentes, velut Aquilæ sursum indefinenter evolabant, nullumque cum terra commercium habebant, sed animo sublimi in cælis semper converantes, Solem justitiae acutis ac perficacibus mentis oculis semper intuebantur. Ad ilias tam sanctas dispositiones annitamur & nos, ut corundem fructuum mereamur esse particeps.

CAPUT XL.

Ad judicandum, num panitens habeat dispositiones à Patribus requiritas, præsertim amorem, de quo capite 38. vel etiam gratiam sanctificantem, attendendum non quia dicat, sed quid faciat; nec tam habenda est ratio sterissim cogitationum, resolutionum, desideriorum, vel momentanearum affectionum ipsius, quam ad opera, mores & vitam.

Hanc regulam Veritas docet. Est proinde veritas immobils, sicut Math. 24. dicit: *Cælum & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt.* Hanc (inquam) regulam Veritas docet i^o. dum Math. 7. dicit: *A fratribus eorum cognoscetis eos.* Luc. 6. *Unaqueque arbor, etiam rationalis, a fructu suo cognoscetur.* Non itaque de tolis verborum, sed de fructibus operum, ut sancti Patres interpretantur.

i^o. dum Math. 7. sursum ait: *Numquid colligunt de spinis uva, aut de tribulis fructus? Omnis arbor bona, bonus fructus facit. Omnis proinde arbor, qua non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Et iterum: *Non omnis qui di-*